

# Pierij Val. Apis.

DE VITAE DULCEDINE AMARITIES.

D

**A**tingemus ea quoq; quæ complexu rerum possint in orationem absolutam coalescere: vt si quis amaritudinem aliquam, aut infortunium, quod antea vitæ suauissimum ocium & tranquillitatem exasperet, per huius generis hieroglyphica explicare voluerit, non alia congruentius pictura signõve vteretur, quàm figurato mellis fauo, de summo cuius absinthiũ pullulet, herba nimirum amarissima: quod quidem Lucretianum illud sapere videtur, quod in nostra vitæ conditione frequenter occurrit:

*Medio de fonte leporum*


*Surgit amari aliquid, quod in ipsis faucibus angat.*

POPVLARIS FVGA.

**C**ommenti sunt nonnulli popularẽ fugam per examẽ Apum & subiectũ fũmum indicare: quando quidem Apes nulla re magis consternantur, in fugamq; vertuntur, quàm fumo supposito. Atq; hac similitudine vtitur Apollonius Argonautis, in describenda Bebryciorum fuga, simul atq; interemptum Amycum conspexere.

OBORTVS IN MOESTITIA LEPOS.

**S**ed longè suauius illud est, quod per Apes ex cadauerosi leonis ore prodeũtes innuitur. Pingi potest hoc, vbi quis aut à detractoribus malè habitus, infigniorẽ fuerit existimationem affectus, aut inimicorũ contumelijs affectus clarior euaserit, aut ex illatis iniurijs creuerit. Mordacissimus est enim leo violentus, & ferox. Apes verò in eius faucibus mellificantes, prospera & suauia quæ sublequuntur indicat. Verũ historia vetus ansam huic hieroglyphico subministrat: quippe Samson Dauidanus tribulis cũ in ferocissimi leonis occursum illapsum esset, vterò belluam adortus eam stragulauit, peremptamq; ex publica via in syluam proximam pertraxit, eamq; ibi in abscondito, reliquit. Paucis verò post diebus proiectæ belluæ cadauer inuisurus eò redijt, vbi mira res oculis obiecta est: nam frequens Apum examen in tabidis eius faucibus fauos fabricare ceperant. Vnde illi postea quæstionis argumentum fuit, quam Palæstinæ iu-



E

uentuti dissoluendam proposuit, Qui fieri posset, vt truculenta immanisq; res, eademq; voracissima, suauissimum ex ore cibum erogaret. Cuius quidem quæstionis historiam solius vxoris silentio crediderat, eius fidem & taciturnitatem exploraturus. Hinc illa mox medio cõuiuio, ob rem ab vxore proditam, exclamatio Samsonis plena acerbitatis exaudita, Nihil esse scemina fallacius.

PROPHETARVM ORACVLA.

**M**inime verò prætereunda sunt etiam alia, quæ sacris nostrorum literis traduntur: Quàm dulcia faucibus nostris cloquia tua super mel & fauũ ori meo. Et alibi: Iudicia Dei dulciora super mel & fauum. Omnis enim propheta suauis cœlestis doctrinæ fauos, & dulcia diuini eloquij mella cõponit. Et Debora libro Iudicũ prophetiæ particeps facta, Apis interpretatur, vt ait Adama- tius. Et omnes deniq; Prophetiæ sub Apis nomine cõprehendũtur, corũq; faui ea sunt oracula quæ literis mãdauere. Atq; hoc est bonũ illud mel, quod comesse iubemur. Quicũq; em̃ oracula ea diuina meditatione cõplectitur, scriptis varũ nostrorũ sermonib. alitur & recreatur, is mãdatũ illud diuinum exequitur,

quo